# Programmatum Gymnasii Elb.

## Volumen IV.

continens

Programmatum,

a

Joanne Lange, Rect.

hac forma editorum

annis 1746 – 1780,

seriem integram.

# Index Programmatum.

1746. De Genio Scholarum et Scholasticorum tutelari; ad actum in Encaeniis habendam d. 1. Dec . . . . . fol. 1.

1747. De sale Scholastico, ex Marc. IX, 50; ad solenn. aestivat. d. 7. Sept . . . . . 7

" De aucta per adventum Christi in carnem literarum dignitate; ad Encaen d. 30. Nov . . . . . . . . . 14

1748. De arctissimo legis cum Synagoga nexu; ad repetit. legg. d. 12. Sept . . . 20

" De Atheniensium: Quid novi? ad Encaen. d. 28. Nov . . . . . 26

1749. De libertinismo inprimis Scholastico; ad solenn. aest. d. 11. Sept . . . . . 32

" De cyclo jubilaei Judaici, ex Levit. XXV, 10. 11, ad Gymasii jubilaei semisecularis

tertii celebrationem, d. 27 Nov. instituend. fol. 38

1750. De virga Messiae ferrea, Regiae dignitatis symbolo, ex Ps. II 9; ad praelect. legg. d. 10 Sept. . . . . . . . . 44.

" De virga Messiae pastoritia, ex Mich. VII, 14; ad Encaen. d. 26. Nov. . . . . . 48

1751. De iis, quibus patria potestas impar est; ad solenn. aest. d. 16 Sept. . . . . 55

1752. De verbis quarti praecepti: ut diu vivas in terris; ad solemn. aest. d. 14. Sept. . . 59

" De melle, sapientiae symbolo, ex Jes. VII, 15; ad Encaen. celebr. d. 30. Nov. . . . 63

1753. De vulgata Latinorum formula: Sic in fatis est; ad solenn. aest. d. 13. Sept. . . 70

" Invitatio ad solenn. Encaeniorum, d. 29. Nov celebr. . . . . . . . 74

1754. De paradoxo theologico, quo credi debent, quae rationis vim longissime superant

perant; ad celebr. natalem d. 28 Nov. . fol. 78

1755. Nonnullarum Sacri Codicis editionum, quae in bibliotheca publ. Gymnasii Elb. extant, recensio; ad repetit legg. d. 11. Sept. . 84

" Recensionis praetactae continuatio; ad celebr. natalem d. 27. Nov. . . . . 90

1756. Carmen German. invitans: Zur feierlichen Einführung der erneuerten Gesetze des Elb. Gymnas. d. 9. Sept. . . . . 96

Abdruck der erneuerten Gesetze . . . 100

" Recensionis bibliorum continuatio 2da; ad Encaen. d. 25. Nov . . . . . 106

1757. De servis literis notatis; ad solenn. aest. d. 8. Sept. . . . . . . 112

" Recens. biblior. continuat. 3a; ad Encaenia d. 24. Nov. . . . . 116

1758. De literarum et literatorum cognatione; ad repetit. legg. d. 7. Sept. . . . 122.

1758. Recensionis bibliorum & continuatio 4^ta^;
ad Encaen. d. 30. Nov. . . . . . . fol. 126.

1759. De Augusti Schola Palatina, literis moribusque dicata; ad solenn. aest. d. 6. Sept. . 134

" Recens. biblior. continuat. 5^ta^ ad celebr.
Encaen. d. 29. Nov. . . . . . . 138

1760. De Symbolis Deae pacis antiquis Romanorum numismatibus illustratis; ad solenn.
aest. d. 4. Sept. . . . . . . 146

" Recens. biblior. continuatio 6^ta^; ad Encaenia d. 11. Dec. . . . . . . 150

1761. De libertate legibus determinata ac confirmata; ad legg. praelect. d. 17. Sept. . 158

" Recens. biblior. cont. 7^ma^; ad celebr.
natalem d. 26. Nov. . . . . . . 162

1762. De pietate Gymnasii Elb. in actibus scholasticis per LX et quod excurrit annos declarata; ad solenn. aest. d. 9. Sept. . . . 170

" Invitatio ad Encaen. celebr. d. 25. Nov. . . 176

1763. De lege moralitatis actionum huma-
narum speculo; ad solenn. aest. d. 8. Sept. fol. 182

„ Invitatio ad Panegyricum Augusti III.
memoriae habendum d. 24. Nov. . . . . 186

„ De Elbingae natis, quos extra patriam
praesens aevum misit doctos; carmen
elegiacum invitans ad natalem d. 15. Dec.
celebr. . . . . . . . 192

1764. De antinomis scholasticis; ad actum
lect. legg. d. 6. Sept. . . . . . 198

„ De Regis salute salutis civium capi-
te; ad Encaenia, sub coronationis auspiciis
R. Stanislai Augusti celebr. d. 29. Nov. . 202.

1765. De eminentia hominis, quae in lege
sita est; ad solenn. legg. praelegend. d. 12. Sept. . 210

„ Invitatio ad Encaenia, nec non ad
introductionem Sam. Gottl. Stellmacher,
ll. oo. Prof. d. 28. Nov. celebr. Adjecta
est recens. biblior. y. continuatio 8va . . . . 214.

1766. De fonte salutis in Ecclesia et Scholis Christianorum scaturiente; ad Encaenior. et introduct. Jo. Sam. Fromm Conrect. Solemnitatem d. 27. Nov. . . . . fol. 222

1767. De mundo ab aeterno non creato; ad repetit. legg. d. 3. Sept. . . . . . 230

" De Elbinga matheseos amica; ad Encaen. d. 26. Nov. celebr. . . . . . 234

1768. De eo, quod de morte philosophica statuendum sit; ad Solenn. aest. d. 20. Sept. . . 240

1769. De majorum imaginibus, gloriae ac virtutum incitamentis; ad celebr. natal. d. 19. Jan. . . . . . . . . 244

" De jure trium liberorum; ad repetit. legg. d. 14. Sept. . . . . . . 250

" De exercitiis discipulorum in Scholis prophetarum; ad Solenn. ~~aest.~~ Encaenior. d. 30. Nov. . . . . . . 254

1770. De libris Deo ἀνθρωποπαθῶς tributis; ad repetit. legg. d. 20. Sept. . . . . fol. 258

" Kurze Beschreibung des Hierosolymitanischen Tempels nach dem Rittersdorfischen Modell; zur Stiftungsfeier d. 29. Nov. . . 262.

1771. De oculis et auribus primis hominum praeceptoribus; ad repet. legg. d. 19. Sept. . 268

" De Muhamedo Judaizante; ad Solenn. Encaenior. d. 28. Nov. . . . . 276.

1773. De celsissimo patris patriae titulo; ad celebr. natalem Regis Friderici II. d. 28. Jan. . . . . . . 282.

" De Othonibus aereis, quos in numophylacio Dewitziano Gymnasii bibliotheca possidet; ad Encaenior. Solenn. d. 25. Nov. 290.

1774. De eo, quod justum est circa natales; ad Regis Bor. natalem LXIII; d. 24. Jan. celebr. . . . . . . . 298.

1774. De eo, quod Christus vocetur ὁ ἀμὴν; ad Encaen. Gymn. d. 24. Nov. . . . . fol. 306.

1775. De Pliniana in Trajanum pietate; ad natalitia Regia celebr. d. 25. Jan. . . 314

1776. De tempore rite collocando; in natalem Reg. LXV., d. 24 Jan. celebr. . . . . 320

1777. De dicto Lucae X, 20; ad celebr. natalem Reg. LXVI, d. 24. Jan. . . . . 326

1778. De variis natales apud veteres celebrandi generibus; ad natal. Reg. LXVII. cel. d. 29. Jan. . . . . . . 333

1779. De divino pacis Deae apud Romanos cultu; ad Regis natalem LXVIII, cel. d. 28. Jan. 339

1780. Gratulatio de pace Teschenienensi; ad Regis natalem LXIX. d. 27. Jan. cel. . . . 345

# GENIUM
## SCHOLARUM ET SCHOLASTICORUM
*TUTELAREM*
EXPONENS,
*AD*
# ENCÆNIA GYMNASII ELBINGENSIS,
IPSO GENIALI DIE,
QUI EST XXIV. NOV. A. P. C. N. MDCCXLVI.
*HORIS A IX. MATUTINIS*
CELEBRANDA,
MAGNIFICOS ET AMPLISSIMOS
## DRUSIPOLIS STATORES,
OMNESQUE
## CIVITATIS ORDINES
*OFFICIOSE INVITAT*

JOANNES LANGIUS,
ATH. RECT. P. P. ET BIBL.


*********************************************


ELBINGÆ, TYPIS PREUSSIANIS.

Majores ſuperſtitioſos, in caligine palpantibus ſimiles, quibus exigui interdum lucis emicant radii, deorum commenticiorum catervam, nauſeam potius & cachinnum quam venerationem excitantem, finxiſſe incredibilem fere a), alios inter celebris ille ethnicorum conquiſitor numinum Varro b) litterarum tradidit monumentis. Ne quid enim numine vacaret usquam, minores quoque poteſtates, geniorum nomine inclutos, hominum rerumque humanarum cuſtodes & ſtatores ſuperindixere Graji Romanique. Hinc recentioris juxta ac prioris ævi Philoſophumenis, maxime græcano ſangvine oriundis, illa de genio, mox certam animi humani conditionem, mox angelum quendam tutelarem innuente c), nota frequensque fuit ſententia.

 Cui-

a) conf. *Plin. H. N.* II. c. 7. & *Juv.* XIII. v. 42. &c.

b) vid. *Zvingeri theatrum hum. vitæ*, Vol. XVII. p. 3111. Quanquam Varronis tres de diis libros, quorum Auguſtinus aliquoties mentionem facit, olim jam periiſſe, *Roſinus in Ant. Rom.* L. II. p. 107. teſtatur.

c) Alias etiam vocabulum genii ſumitur vel pro libertate cogitandi vel pro ſeculi moribus, indicante illud *Jo. Dan. Majoris tractat. de genio errante*; hoc autem *Cel. a Seelen in pr. de genio ſeculi cum in moribus, tum litterarum ſtudiis dominante.* vid. *Acta Sch. T. II. P. IV. p.* 330.

Cuivis itaque ſuum conſtare genium, non vanam modo gentilium crediſſe ſuperſtitionem relatum legimus, ſed eandem quoque de ſpiritu tutore, fidiſſimoque germano, animos hominum corpusq; cuſtodiente, in caſtra Judæorum imo & Chriſtianorum deveniſſe, illi docent, qui Petrum adhuc in catenis ferroque incluſum judicantes, audito ad januam domus clangore, hujusque percepta voce, Apoſtoli genium foris adſtare exiſtimarunt d). Mitto Auguſti, Antonii, Bruti, Conſtantini, aliorumque, imo exercitus populique romani genium, cujus ulteriorem exhibet narrationem cel. ille Camerarius e). Nec de Plotini, Porphyrii calamo & commendatione digni, aut Socratis tutelatore, ab Oleario in pererudita laudato diſſertatione f), nec de Guilielmi Poſtelli ac Facii Cardani g), ſi Hieronymo Facii filio credere licet, ſingulari quodam cum genio ſuo conſortio verba facio, ſed illud ſaltem addo, vel metui & ſuperſtitioni, vel decipiendi ſtudio, vel erroneæ illi de migratione animarum ex Pythagoreorum ſcholis expetitæ ſententiæ hanc illorum de ſpiritu cuſtode mentem ſuos debere natales, emunctæ naris jam diu judicaſſe homines.

Præterea majores non modo cuivis mortalium ſuum adjudicarunt genium, præfectum, rectoremque, ſed ea quoque ſpirituum horum apud illos fuit religio, ut aliis orbis, urbis aliis, aliis vero aliarum rerum, vitæ huic inſervientium, committerent tutelam, quibus maximum habuerunt honorem & votis, ſupplicationibus, fauſtisque ſacrificiis ſemet commendarunt. Quorum nomina tam ſacra

d) Act. XII, 15.

e) In *horarum ſubciſivar. ſ. meditat. hiſtor.* Cent. II. c. XIV. de geniis. p. 54.

f) quæ in *Thomæ Stanleji hiſtoriæ Philoſophiæ* P. III. c. VI. p. 130. &c. inſerta legitur.

g) multo minus Campanellæ, Scaligeri, Bodini, Joannis Dee, Angli cujusdam, aliorumque, quorum *pl. Ven. Walchius in Lex. Phil.* p. m. 1170. prolixe ſatis meminit.

ſacra tamque abſcondita à paganis tenebantur, ut ceteris incogniti, nec obſidionis aut perſecutionis tempore vociferati, è termino ſuo in perniciem populi evocari poſſent. Palladio enim præſente, nullam cladem metuerunt; hoc vero ſublato, hoſtes victoriam omnino deportaturos eſſe, crediderunt. Victo hinc pulſoque à Samariæ obſidione Syrorum exercitu, gnathones Regis Conſiliarii, infelicioris pugnæ rationem minime Iſacidarum virtuti, ſed eorum diis, quos montium cuſtodes eſſe putarunt, adſcripſerunt, quare mutato pugnæ loco, non in montoſis, ſed valloſis campeſtribusque locis caſtra ponenda eſſe indicarunt, contendentes: אלהי הרים אלהיהם, deos montium eſſe deos eorum h). Hinc etiam terram, montes, agrosque ſalutare ſoliti fuerunt veteres gentiles, non quod locis id præſtarent, ſed eorum præſtitibus cuſtodibusque. Imo rebus poſthæc humanis arteque exſtructis, ſingulis etiam provinciis, urbibus, templis, hominibusque Θεὲς ἐπιχωρίες geniosque ἐντοπίες Chriſtianorum quoque cœtum aſſignaſſe, præter alios docet Cauſerus. i)

Quidni igitur tenellis adhuc & materno lacte vix abalienatis infantibus, ut & ſcholis, optimarum artium morumque ſeminariis, omnibusque tam docendi quam diſcendi cauſa in illis deſudantibus, ejusmodi quoque tutelarem ſpiritum, myſtagogum, pædagogumque à DEO conceſſum, credere licet? Gens ſane judaica, in difficillimo religionis exercitio agonizans, angelos quoque mortalium ſtatuit doctores, qui Præceptorum cura & munere functi dicuntur. Sic, ut Joannis à Lent k) filum ſequar, Razielem angelum Adami,



h) 1 Reg. XX, 23. conf. *Deyl. Obſ. Sacr. P. III. p.* 97. Obſ. XII. de אלהי הרים, diis montium.

i) in *Phosphoro N. T. ad voc.* λειτεργικὸς. p. 77. add. *Hülſem.* in c. XI. Jer. v. 10.

k) in *moderna Theologia Judaica*, cap. VIII. de Angelis. §. XVI. add. *Fabricii Cod. Pſeudepigr. V. T. p.* 4.

Jophielem Semi, Zedekielem Abrahami, Raphaelem Isaaci, Pielem Jacobi, & alios aliorum, quasi scholasticorum præceptores fuisse, moderatores atque genios, Isacidarum somniavit superstitio. Sed quid ad nos, melioribus instructos rationibus, hæc Hebræorum opinio ementita fictaque? Scholarum siquidem & scholasticorum tutelam ejusdemque necessitatem non modo ineffabilis DEI in res litterarias evincit propensio, sed evincunt etiam ingens illa tenebrarum vis, vitiorum studium, morumque perversitas, saluti propriæ & Creatoris gloriæ è diametro adversa. Juventus quippe, suis tantum armata cupiditatibus, suam promovet infelicitatem, quam Altissimus minime promotam optat. Hinc scholis, adolescentum receptaculis ac scientiarum domiciliis suos & ordinat & concedit DEVS angelos tutelares. Quis majori in ætatem juvenilem, futuros cives, & boni justique promotores exardescit odio, summa imis perturbaturus, quam totius ille generis humani infensissimus hostis? Hic juventute ad mala proclivi & in vitiorum luto confirmatâ, nullum regni lethalis à senibus expectat damnum. Spiritui igitur spiritum, genio genium DEVS opponere voluit, malo bonum, angelo admodum noxio angelum utilissimum, juventutis tutelarem, qui teneris adhuc passibus sacraria sapientiæ petituros, in viis suis comitatur & sub tegmine alarum suarum procedentes elaborantesque ita tutatur, ne ullam sentiant offensam. Quamvis hinc ab illorum studio, qui angelorum custodientium nomina ciere satagunt, plane alienus nec de numero tutelarium anxius sim, attamen spiritum, sanctitatis & bonitatis gloria conspicuum, à scholis & scholasticis remoturum esse spero neminem nisi vesanientem. Quem etiam, creatum l) forsitan? absit! sed increatum Genium,

cujus

l) Cui *Jo. Bona manuductionem suam ad cœlum*, ut & *Drexelius horologium auxiliaris tutelatoris angeli* dedicasse leguntur in Schudtii Jüdischen Merkwürdigkeiten, P. IV. Cont. II. p. 367.

cujus auxilio Paulus optime plantat ſevitque, Apollo vero optime irrigat m), majores ſuos docuere natos hac ratione invocare:

Angele, qui meus es cuſtos, bonitate ſuperna,
me tibi commiſſum ſerva, defende, guberna!

En itaque Spiritum Sanctum! en angelos in miniſterium ut credentium ita & juventutis eſſloreſcentis miſſos, ſcholarum juxta ac ſcholaſticorum genios tutelares!

Agnoſcit vero res ſcholaſtica Genios quoque viſibiles ſuos, quos in Seminariis non ſplendide modo pieque condendis & promovendis litteris omnem adhibere curam & induſtriam, ſed auctore inſimul b. Luthero n), incrementum illis dare ac perpetuitatem animadvertit. Quot hinc Patronos, Statoresque artium ac diſciplinarum videt Parnaſſus, ſub quibus ſangvinem vitamque acceperunt ſtudia, tot Muſarum quoque veneratur Genios tutelares, Conſervatores.

Anne igitur mirum, DEO rerum omnium Genitori & Moderatori MAGNIFICOS & AMPLISSIMOS SCHOLARVM PATRONOS, PROMOTORES GENIOSque addere Muſas noſtras, quibus tantum, quantum par eſt, lubentes ſe debere fatentur. Dum itaque craſtino die, utut Gymnaſii hujus geniali, Encæniorum rationem habituris, ingenio indulgere & beneficia Camœnis

---

m) 1 Cor. III, 6.

n) qui in aureo de *conſtituendis ſcholis* libello, omni per Germaniam Magiſtratui dicato, inter alia dicit: Ich bitte Euch alle, meine liebe Herren und Freunde, um Gottes willen und um der Jugend willen, wollet die Sache nicht ſo gring achten, wie viele thun, die nicht ſehen, was der Welt-Fürſt gedenket : : : Liebe Herren! muß man jährlich ſo viel wenden auf Wege, Stege, Dämme, und dergleichen unzehliche Stücke mehr, damit eine Stadt zeitlichen Frieden und Gemach habe, warum ſolte man auch nicht ſo viel an die dürftige Jugend wenden? Hæc *Lutherus, in Tom. II. Altenb. fol.* 805.

nis Elbingenſibus exhibita deprædicare animus eſt, PER-ILLVSTREM, PER-MAGNIFICOS, GENEROSOS & AMPLISSIMOS URBIS PROCERES, DN. DN. BVRGGRABIVM, PRÆSIDEM, PRÆ-CONSVLES, CONSVLES, MÆCENATES & GENIOS noſtros tutelares, omni quo decet obſervantiæ cultu ætatem colendiſſimos; VIROS etiam EXPERIENTISSIMOS, PLURIMUM REVERENDOS, CLARISSIMOS, PRÆ-NOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HVMANISSIMOSque DOMINOS, MVSARVM FAVTORES & TESTES, præſenti hoc chartaceo errabundoque genio, in Evergetarum gratiis aſylum quærenti, omni pietate rogamus, precamur, obteſtamur, ut ſacro huic ſcholaſtico & anniverſario intereſſe dignentur.

Quam immeritam MÆCENATVM atque FAVTORVM in Seminarium patrium propenſionem benevolentiamque, prævio brevi *de eo, quod magnificum eſt in ſceptro Judæ* ſermone, grata mente compenſaturi, DEVM efflagitabimus immortalem, ut Foro, Eccleſiæ, Scholæque ſuus ſemper conſtet GENIVS, ſolamen, auxiliumque. Elb. d. XXIII. Nov. Ao. Salutis per CHRISTVM paratæ MDCCXLVI. Scholæ per MAGISTRATVM reſtauratæ CXLIIX. Novi vero ædificii ſcholaſtici dedicati CXLVII.

DE

# JUDAISMO EXULANTE

## DICENDORUM ET DICTURORUM INDEX.

*******************************************************

## PROLOGUS,

AMBROSIUS MICHAEL SIEFFERT, illud Tobiæ: *arcanum Regis occultare bonum eſt; opera autem DEI revelare gloriosum,* paucis contemplans, benevolas Muſis expetit aures.

## CH. I.

De *principatu antiquarum* contendentes *gentium,*
à
Jaçob Harmſen,
Chriſtian Friedrich Silber,
excitati

| | | |
|---|---|---|
| Chriſtian Heinrich Bockelmann, Chriſtian Gottfried Brauſer, Johann Chriſtian Kloß, Johann Adolph Kloß, Johann Heinrich Wegmann, Gottfried Harwich, Johann Gottfried Henning, Gottfried Kawerau, | adjudicant illum | Babyloniis, Perſis, Græcis, Italis, Scythis, Thracibus, Indis, Judæis. |

ADAMUS HENRICUS RHODE de *periodis Imperiorum fatalibus* verba facit.

CH. II.

## CH. II.

*Pristinam Judæorum gloriam in temporalibus* delineant

Johann Jacob Rittersdorff,
George Grapke,
Wilhelm Truhart,
Jacob Hertel,
Heinrich Land.

* *

JOANNES DOMINICUS HECHT, de *promissionibus Judæorum*, illas Patriarcharum longe superantibus dicit.

CHRISTIANUS JACOBUS LAURENTZ, promissiones Isacidarum *non mere temporales, sed spirituales quoque & æternas* fuisse, evincit.

## CH. III.

Gloriam Judæorum antiquam *in spiritualibus* exponunt

Joannes Braun,
Michael Hahn,
Christophorus Zacharias Scubovius,
Samuel Leonhard Wächter,
Emanuel Linck,
Christ. Gottlob Thiessen.

## CH. IV.

ISRAELI ALEXANDRO UNTERBERGIO *miseriam Judæorum pristinam* deploranti, pollicem premunt

Michael Truhart,
Johann Rudolph Fischer,
Johann Jacob Meyer,
Jacob Lampert,
Heinrich Krause,
George Daniel Hoffmann,
Michael Ernst von Mönchhausen,
Johann Teschner.

CH. V.

# CH. V.

OTTO WILH. WEDEKE, Politicum fingens, *medium* ſibi expetit, *regnum diteſcendi & publicam promovendi tranquillitatem.* Quo

JOANN. ERNEST. ROSENBERG,
JOANNES CHRISTIANUS ROSS,
*diſſvadent* *bellum.* *luxum.*

JOANNES JACOBUS CROVEKE,
JOANNES LEONH. WÆCHTER,
CASPARUS HANFF,
*commendant* *harmoniam Principem inter ac Cives.* *pietatem* non fucatam. *ejectionem Judæorum.*

# CH. VI.

*Judæorum avaritiam, perfidiam & incredulitatem* recenſent

Chriſtian Gottl. Schmid,
Johann Gottfried Schmid,
Chriſtian Daniel Egidius,
Johann Heinrich Friederich,
Chriſtian Heinrich Rauſch,
Carl Gottfried Egidius,
Johann Daniel Vorloff,
Gottfried Hintz.

# CH. VII.

Judæi de *exilio Pragenſi* certiores facti, lugubre inſtituunt carmen

George Friederich Henning,
Johann Daniel Stibalkovski,
George Baranovski,
Carl Gottlieb Kloß,
Ephraim Rittersdorff,
Franc. Theodor Rhode,
Johann Jacob Horn,
Chriſtoph Ritter,
Daniel Lebrecht Rogge.

## CH. VIII.

Utrum *Judæi in republica christiana tolerandi* ſint? inquirunt

JOANNES MELCHIOR WILDFANG,
GEORGIVS SAMUEL ROGGE,
JOANNES GOTTHELF SEIDLER,
JOANNES MICHAEL SIEFFERT.

## CH. IX.

*Judæorum ex Hiſpania, Gallia, Germania,* aliisque regionibus *expulſionem* enarrant

Jacobus Preuſs,
Martinus Georgius Schmid,
Godofredus Hingelberg,
Petrus Poſelger.

## CH. X.

JOANNES SAMUEL HEMPEL,
JOANNES HINGELBERG,
DANIEL CRAMER,
de *inſigni Judæorum converſione* colloquium inſtituunt.

* *

GOTTLIEB THOMAS ACHENWALL *Judæos advocat ad converſionem.*

CHRISTOPHORUS ZACHA *Chriſtianis, ut ex Judæorum exemplo cautius agere diſcant,* auctor eſt.

## CH. XI.

*Vota* faciunt *pro Patriæ incolumnitate*

Gottfried Grapke,
Daniel Teſchner,
Carl Andreas Silber.

## EPILOGUS,

GEORGIUS CHRISTIANUS PHILIPPUS LEUTWEIN, habita pro benevola in audiendo patientia gratiarum actione, Encæniorum ſolemnitati colophonem imponit.

* *